



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

173. An Sacerdos possit celebrare in Patena, & calice nondum censecrato.
& cum vestimentis nondum benedictis, si alius Sacerdos bona fide cum
ipsis Missam antea nona reconciliatione, si in ea bona ab ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

5. Sed aliquis posset ad supradictas Rubricas respondere; & ad primam desumptam ex §. 26. dicendum videtur esse tantum directivam; & non praecipiavam: & ideo Doctores adductos vbi supra pro negativo sententia loquitos fuisse quoad necessitatem: Doctores vero pro affirmativa sententia loquitos fuisse quoad congettutam. Ita Tambarinus Opus de Sacrif. Missa, lib. 1. cap. 5. §. 2. n. 2. vbi afferit, quod non habemus in dictis Rubricis Missalis, unde cum tanto rigore eiusmodi benedictio mapparum exigatur. Et me citato, docet Garcia in Summa Theol. mor. tract. 3.

Sup. hoc lego supra ex Ref. 140. do. 166. & quāuis cursus me vide tamē in to. 6. & Ref. 1. doctrinam per to. Ref. 27. & signanter §. Item.

Sup. hoc signanter in Ref. 1. not. praeferita, & in eodem §. & cum codice Marchino tantum hic citato.

Sup. hoc signanter in Ref. 1. lib. 1. cap. 6. n. 3. & aliorum assertentium, illas regulas Missalis esse praecipiua quæ tangunt aliquā legem Canonicam in corpore iuris contentam, vt de Fernando ieiunio, integrando Sacrificio, de Ara consecrata, de loco celebrandi non prohibito, de praemittente Confessione post lethale, de benedictione vestimentorum, & cūlmodi; quorum singula in corpore iuris sunt expressa. Eas verò Rubricas dici directivas, que nec in toto iure Canonico continentur, nec in Rubricis ponuntur cum verbis importanteribus praecipit; qualia sunt, mandamus, precipimus, & similia. Cum itaque benedictio vestium Sacerdotalium continetur in iure Canonico, vt notat Marchinus vbi supra, non autem mapparum; sequitur regulam Missalis de illa loquentem esse praecipiua: regulam autem de benedictione mapparum; quia in iure non invenitur, neque in Missali ponitur sub verbis importanteribus praecipit, vt pater legentibus, directuant tantum esse dicendum videtur. Ergo, &c. Sed sufficiat mihi in gratiam Lectorum superiorum dicta ex cogitatione cum dubium sit arduum, & pugnantes inter se inveniantur Doctorum sententiae; Ego finalem Resolutionem huius Questionis Sacrae Rituum Congregationi remitto.

4. De numero autem Mapparum, non est minor controversia inter Theologos: nam Vafquez tom. 3. disput. 2. 3. cap. 3. num. 2. Suarez tom. 3. diff. 82. sct. 6. Fagundez Praecept. 1. lib. 3. cap. 22. num. 10. Reginaldus tom. 2. lib. 29. cap. 9. num. 194. Henriquez lib. 9. cap. 28. num. 3. Toletus lib. 2. cap. 2. n. 6. Amicus, Emanuel Sa, vbi supra, cum aliis docent, sufficere ad ornatum Altaris duas tantum mappas. Sed haec opinio non videtur admittenda, & plures ex citatis Auctoribus scriperunt ante Reformationem Missalis Clementis VII. in quo vt visum est, supra, staruitur Altare esse ornandum tribus mappis, vna oblonga, quæ usque ad terram pertingat, duabus aliis brevioribus, vel vna duplicata. Et ita tenet post dictum Missale Aversa de Euchar. quæst. 11. sct. 13. Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 7. 9. 10. Cardin. Lugo de Euch. disput. 20. sct. 4. num. 96. Hurtadas de Sacrif. Missa, disput. 4. difficult. 9. Peritus de Officio Sacerdot. lib. 1. cap. 4. dub. 8. num. 19. Gauitanus in Rubr. Missalis, part. 1. sct. 20. & alij. Quod etiam colligitur ex cap. Si per negligentiam de Confer. diff. 2. vbi requiruntur tripla linea, præter Corporale. Nisi tamen aliquis

dicit cum Amico, & aliis vbi supra, Rubricam Missalis, praescribentem tres Mappas, loqui de decentia, non de necessitate: & ita Doctores assertentes, sufficiet duas mappas, loquitos fuisse quoad necessitatem, non verò quoad congettutam; vt loquitos sunt requirentes tres Mappas.

5. Non desinam tamen hinc adnotare licet, ut probatum est, pro ornatu Altaris requirantur tres Mappas, & haec benedictæ; tamen Aversa de Sacram. Euchar. quæst. 11. sct. 13. Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 7. 9. 11. & a fortiori Layman, Trullenech, Basileum, Castrum Palam, Azotum, vbi supra, docere saltem ex causa necessitatis alibi possit Mappas non benedictas; sed communia Laicorum, quæ etiam postea ad suos vlos eius reddi possunt. Et ideo Garcias in Summa Theolog. mor. tract. 3. difficult. 8. dub. 3. punct. 1. n. 12. sic ait: [Adiuvante quod si uno no tuariere mantelis, podría despues ponere una toalla limpia en lugar dellos] y despues la podría aplicar a otros vlos, aunque fueren profanos, como antes estaua applicada. Fagundez dize, que ponde el Sacerdote pone el lienzo, qui tiene para limpiarse el sudor, si es limpio; y despues puede vela del, como antes en opinion prouable.] Item Tameus tom. 4. disput. 5. quæst. 10. dub. 3. n. 48. Vviggars in p. 101. 102. dub. 1. n. 74. Fagundez Praecept. 1. cap. 1. n. 1. Aver. tom. 1. lib. 10. cap. 28. 9. 8. & alij docentem in causa necessitatis posse vnam tantum Mappam vesti Corporale in Sacrificio Missæ adhiberi. Sed difficult. 6. est in supradictis Casibus gradum necessitatis affligit, Tambarinus opus. de Sacrif. Missa, tract. 3. cap. 14. n. 4. & cap. 5. §. 2. n. 1. me citato, afferit, quod gradus necessitatis non est hinc valde stricte accipiendo. Quare necessitas audiendi, & celebrandi Sacrum de Festivo, feruor denotionis, & tentatio voluntationem eo remedio superandim, & Sacerdotum diuiniti opportunitas eleemosyna, satis impetrat ut praedicta paritate, etiam a veniali celebrantur, & cœfabit. Ita Tambarinus: cui adde etiam me citato, Marchinum, de Sacram. Ordin. tract. 3. cap. 14. n. 6. Et tandem pro coronide huius Resolucionis, si Aliquis curiosus inquit: An extra calum necessitatis sit peccatum mortale celebrare cum vna tantum Mappa & Corporalibus: Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 7. quæst. 15. resolvit respondit, tantum esse veniale; mortale vero in villa Tobalea, cum solis Corporalibus: Quia celebret primo modo, leuis; secundo vero mortale efficit irreverentiam. Ita ille: cui adde Mourau in Mendilla Casum Conscientie, part. 3. cap. 5. §. 11. in merito 11. sic assertentem: Quale peccatum ei faciat de Sacram. sine his linteis? Responde, sine Tobalea, & Corporalibus est mortale; cum Tobalea, & Corporalibus sine secundo linte, est veniale. Haec Mouta, qui citat Rodriguez, Toletum, & alios.

RESOL. CLXXIII.

An Sacerdos possit celebrare in Patena, & Calice dum consecratio, & cum vestibus non benedictis, si alius Sacerdos bona fide cum ipsis Missam antea celebrasset?

Et affirmitur Ecclesiam pollutam non egere nisi recollectione, si in ea bona fide ab aliquo Sacerdoti celebratum est. Ex part. 2. tract. 14. Ref. 69.

§. 1. R Espondet negatiuè Fagundez tract. 1. lib. 1. cap. 11. num. 15. & ita alterius respondit m. tolos Patres Societatis Iesu.

Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CLXXIV. &c. 101

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem eriam esse existimo: nam in prima celebratione à Sacerdote bona fide facta, iam consecrata remanserunt. Vnde postea non indigent alia noua consecratione, vel benedictione. Et ita Castrus lib. 2. de leg. disp. penit. cap. vlt. afferuit, Ecclesiam pollutam non egere noua reconciliatione, si in ea bona fide ab aliis quo Sacerdote celebratum est. Quam sententiam do- & i. 40. & hic cuit etiam post illum Aulil de cens. part. 5. disp. 7. in Ref. 19. dub. 3. concl. 1. & Emmanuel Sà verb. Ecclesia, licer feo, cuius in s. & in Ref. 177. s. vel. ad med. & in aliis Ref. eorum notacionis.

RESOL. CLXXIV.

An si in Calice, & Patena non consecratis quis celebret bona fide, remaneant consecrata?
Ex quo infertur, quod Ecclesia polluta non egere reconciliationem, si quis in ea bona fide celebratur. Ex p. 5. II. 13. & Mfc. 1. Ref. 60.

Synecdoche ma-
gis lat. in
tom. 9. 11.
in Ref. 19.
& i. 40. & hic
cuit etiam post illum Aulil de cens. part. 5. disp. 7.
in Ref. 177. s. & in
Ref. eorum
notacionis.

bona fide cum ipsis Missam ante celebravit? Respondeo quod sic, quia per talen Missam bona fide celebratam benedicta remanserunt. Ita ille. Et reuera, qui alia consecratione non dicendum est indigere Calicem, & Patenam, per contactum sanguinis, & corporis Christi sanctificata,

RESOL. CLXXV.

Virum Calix, qui vsum aureum amisi, & iterum posita deauratur quad illam superficiem, qua tangit Sanginem Christi, debeat de novo consecrari, & idem queritur de Patena?
Et deducitur, quod Ecclesia retinet suam consecrationem, quando paulatim reficitur, in qua pars noua consecrata hoc ipso, quo consecrata additur. Etiamque cursim infertur, quod Ecclesia amittit suam consecrationem, quando pricipua pars parietum simul corruit? Ex p. 2. II. 15. & Mfc. 1. Ref. 3.

§. 1. **A**ffirmatiu[m] sententiam ego docui in p. 1. Ref. antec. tract. de celebrat. Missar. ref. 69. Sed nouis simi contra me surgit amicissimus P. Lugo in 3. part. II. Ref. 177. tom. 2. de sacram. Eucharist. disp. 20. fol. 4. n. 9.1. Ve- gloria, & po peccatum aduersus illum nominatum in mei defensionem primis illi collectus. Franciscus de Nigro in addit. ad Ruiz. Ref. part. 6. animadu[er]sus. n. 4. vbi sic ait: Vtrum Calix, & Patena nondum consecrata ex eo tantum consecrata remaneant, si cum eis bona fide ante consecrationem celebretur? Negat Lugo, affirmat Diana, & licet ipse nullum. Authorem pro sua sententia adducat, tamen illam docet P. Trimarchi, & probabilem putat P. de Peyrinis, quibus adhaereo. Posset probari primò hæc sententia, quia Ecclesia polluta non egere alia reconciliationem, si quis in ea bona fide celebratur. Igitur Calix etiam non egebit consecratione, vel benedictione, postquam in illo celebratum est. Antecedens non coniurat doctrinam falsam, vt contra Dianam ait Lugo, sed continet doctrinam veram, & grauium, ac classicum Theologorum; Castri lib. 2. de leg. pñ. cap. vlt. Emanuel Sà verb. Ecclesia, n. 19. Aulil de cens. part. 5. disp. 7. dub. 3. concl. 1. Henriquez lib. 9. de Missar. cap. 27. n. 6. & aliorum. Et patet, quia sacrificij dignitas habet, vt sanctificet locum sine alia reconciliatione. Consequenter vero probatur, quia sicut Ecclesia sanctificatur per sacrificium, ita & Calix. Et P. Trimarchi, qui Diānam defendit, dicit contra Lugum, quod paritates Doctorum non debent currere quatuor pedibus, sed duobus tantum modo humano. Secundò probatur, quia per contractum sanguinis Christi sanctificatur Calix. Ergo non indiget alia consecratione, vel benedictione: nam querit P. Trimarchi à Lugo, cur requiritur consecratio in Calice: respondebit Lugo, quia Calix non consecratus est materia prophana, & per consecrationem non est amplius prophana, sed sacra. Sic argumentatur, sed per contractum sanguinis Christi Calix iam non est amplius materia prophana, sed sacra, quod nemo negabit: ergo & Galix non consecratus non egere consecratione, si in ea bona fide celebretur. Huc vñque Nigro pro me contra Lugum, unde canendum est mihi illud Ouidiarum.

Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.

2. Notandum est etiam nostram sententiam præter Doctoris citatos, docere nouissime etiam Cœlestinum in compen. Theol. moral. tract. 8. cap. 5. ques. 9. vbi sic ait: Vtrum Sacerdos possit celebrare in Parena, & Calice nondum consecrato, si alius Sacerdos

Sup. hoc in
Ref. not. sec.

2. Sed his non obstantibus, probabiliorem ego puto cum Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 7. & illam amplexus est Aegid. de Coninch. de Sacram. quæst. 8. art. 3. dub. 3. num. 24.6. quam his rationibus probat. Quia cum res semel consecrata nunquam amittat consecrationem, quamdiu manet eadem, & integra, vt docet D. Thom. in 3. part. quæst. 8. art. 5. ad 3. & communiter Doctores, difficile videatur, cut Calix consecrationem perdat per deaurationem, cum non frangatur, nec ita mutetur, quin maneat idem. Videtur ergo omnino eam retinere simili ratione, quia Ecclesia retinet suam consecrationem, quando paulatim reficitur, in qua pars noua consecrata hoc ipso, quo consecrata additur:

3. Sed aduersus hanc rationem consurgit Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 8. 1. fol. 7. & Pitigianus vbi supra, & alii, dicendo hoc verum esse, quando pars que additur, est minùs principalis. Sed in casu nostro, licet pars argentea Calicis videatur principalior quod per deaurationem additur, principalis est; quia tangit & continet immediate sanguinem Christi. Ergo Hæc Pitigianus, & alii.

4. Sed coistra, nám ex hoc sequeretur, primò Calicem recenter deauratum posse dici alium à præcedenti. Secundò cum in ratione Calicis, & vñsu quem habet ad sacrificium, destrui, si interius autum omnino deteratur, que tamen communiter negantur. Vtraque autem sequela probatur, quia res absoluē dicitur destrui, ac fieri noua, quando secundum suam pricipuam partem simul destruitur, aut renouatur. Et patet in Ecclesia, que amittit suam consecrationem, quando pricipua pars parietum simul corruit. Et ob has rationes ait Aegidius, viri quidam doctissimi putant hanc sententiam esse probabiliorem

Sup. hoc in
Ref. not. sec.

Sup. hoc in
tom. 9. tr. 7.
lege doctri-
nam per tot.